

iuges ad mutuum indicandum, fovendūq; amorem, & turpitudine carentes, minimè damnanda esse de culpa lethali, ob periculum pollutionis prævisæ: quâdo non nimia voluptas adest, nec incitat, sed tãquam indicia amoris exercentur, represso excessu libidinis insurgentibus. Et in hoc casu tempore doctriam generalem num. 3. 4. relata, damnantem hostatū. Ducor, quoniam eausa vrgens adest huiusmodi tactus exercēdi, vt mutus indicetur, foueaturq; amor inter coniuges: magnaq; austeritas esset, & valde minueretur amor, si ab huiusmodi tactibus abstinerent. Deinde, quia amplexus inter sororem & fratrem foris venientes ad indicandum amorem, & ne austeri, & inurbani videantur, non damnantur ob pollutionis prævisæ periculum (vt num. 8. probauimus.) Cur ergo inter cōiugis damnandi sunt: Eo vel maximè quòd vbi non nimius libidinis ardor incitat eos, sed voluntas mutui amoris fovendi, non influūt notabiliter in cōiugatis ad pollutionē. Quāuis in omnino solutus, quibus copula est interdicitā, influerent: Hæc est enim praua nostræ naturæ corruptio, vt semper in vetitā nitamur.

39 Tertiò inferitur, tactum quo coniux semet ipsum tangit cum pollutionis periculo, esse culpam mortalem. Quia ad eam valde influit: nec causa vrgens illum exercēdi adest. Quāuis eo periculo secluso non sit culpa mortali tribuendus. Vt disp. præced. nu. 16. contra alios defendi, vbi & Doctores retuli afferentes esse culpam mortalem existenti pollutionis periculo.

DISP. QUADRAGESIMA SEXTA.

Vtrum inter sponsos de futuro, licita sine tactus, aspectus, & verba turpia? Et generaliter quando hæc inter omnino solutos sint peccata mortalia?

SUMMARIVM.

39 **Q**uæstiones disputandæ sunt. num. 1. Tactus omnes non sunt supra naturam illiciti, sed indifferentes. num. 2. Oscula, & amplexus ex amore honesti habitati, & ob honestam delectationem quâdo sint liciti tactum. 3. Quotupliciter possunt ad delectationem veneream referri, & an sint mortalia, habitata ad experiendam copula delectationem? nu. 4.

41 **Q**uartò inferitur, delectationem mortalem coniugis in copula coniugalis cogitatione, quam secluso pollutionis periculo, diximus disp. præcedenti num. 5. non esse mortalem, effici culpam lethalem eo periculo præuiso. Quia est res ad venem pertinens, valdeq; ad pollutionem incitat; & desideratur causa vrgens. Atq; ita docent D. Anton. 3. p. tit. 7. cap. 1. §. 6. sine. Rosella verb. delectatio num. 3. Tabiena verb. cogitatio, sine. Armilla verb. delectatio num. 4. Viguerius lib. instic. c. 3. §. 5. vers. 5. ad fin. Metina r. 2. q. 7. 4. art. 8. paulò post principium. vbi Zemel disp. 4. dubio 3. sine. Vazquez ibi disp. 1. 3. num. 4.

43 Tandem inferitur, aspectus, & verba turpia cū delectatione venerea sufficienti ad culpam lethalem inter solutos, quāuis inter coniugatos secluso pollutionis periculo ab ea excusentur (vt diximus disp. præcedenti num. 17.) minimè ab ea excusari, eo periculo existente. Quia valde iuuant ad pollutionem habendam; & deficit causa iusta.

43 **V**ltimo conclusio. Non existimo esse mortale in coniugatis, per tactus, aspectus, & verba turpia, delectationemq; veneream ex copula cogitata exurgentem, dare causam commotioni membrorum, feruenti generationi, & incutere in dissipationes prævisas. Quāuis inter solutos dixerim num. 3. id esse lethale. Nam hoc non est graue damnum generationis in tali statu; & aliunde ea delectationes, & spirituum commotiones in eis, vacant culpa mortali. Vt probavi disp. præcedenti nu. 3. & 4.

Quid,

Quid, de tactibus impudici causa socii, aut curiositatis? num. 11.

Quid, de his tactibus inter personas eiusdem sexus? num. 12.

Quid, de osculis, & tactibus carniū infantiliū? num. 13.

Quid, de tactu secummet? nu. 14.

Quid, de tactu, & confricatione partium venerearum brutorum? num. 15.

Quid, de tactibus leuibus, vt manuum, brachiorum? num. 16.

Quid, si in his tactibus delectatio reperitur? numer. 17.

An in tactibus sint consensenda eadem circumstantiæ, quæ in opere? num. 18.

An Sodomiticus accessus ad cōiugata feminam: vel si coniugatus vir patitur accessum solo miscium: & deniq; quicunq; tactus in quo non sit emissio seminis coniugis, habeat circumstantiā adulteri: & matrimonij lex obliget coniuges ad abstinentiā à mentis cogitatione? num. 19.

Soluuntur argumenta. num. 20.

Post num. 20. inuenies alia summaria.

Quò perfectius quæstio hæc dissoluatur: præmittere oportet, quòd hæc omnia inter omnino solutos lege matrimonij, & sponsalium, mortali malitia afficiantur. Et idè quadruplex est disputanda quæstio. Prima, de tactibus inter omnino solutos. Secunda, de aspectibus turpibus inter eosdem. Tertià, de verbis turpibus inter eos. Quartà, de his omnibus inter sponsos de futuro.

Quæstio prima. Vtrum delectatio in tactibus inter omnino solutos, sit peccatum mortale? Præmittenda sunt duo in omni sententiā, certa. Primum est. Tactus non sunt de se, & intrinsecè mali, sed indifferentes. Quia formalitas nomine tactum ex pressa, est quædam actio sensus, quæ de se mala non est: & potest fieri licitè, si causa est honesta: & illicitè, si in honesta sit. Et ita docet D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. quem omnes sequuntur. Imò tactus quibus vir pudenda femine attrahat, indifferentes esse, bene tradit Nauar. cap. si cui, de peccat. d. i. num. 13. Supplementum Gabriellus 4. d. 31. q. vnica, art. 3. dub. 2. Possunt enim aliquando licitè fieri: vt causa medicandi.

Hinc fit oscula, & amplexus ex benevolentia, & amicitia honesta habitata secundum patriæ consuetudinem, culpa vacare. Quia ibi nulla est turpitudine, sed calus amor. Sic

D. Thom. n. præcedenti allegatus, cui nemo contradicit. Idem dicen dum est, quando habentur ob delectationem honestam. Vt ad augendam amicitiam, & benevolentiam honestam. Quāuis inde motus sensualitatis inordinatus, & delectatio venerea insurgant, minimè assensum præstante voluntate. Quia finis est honestus, & contra voluntatem prauus ille motus infurgit. Ita docent Nauar. cap. si cui, de peccat. d. i. nu. 15. Manuel. 1. tomo summæ 2. editione cap. 203. num. 2.

Secundum suppositum est. Delectatio venerea in osculis, & amplexibus, alijq; tactibus capta, esse potest in duplici differtia. Quæ dicit delectatio venerea ipsius copulæ. Et tunc constat inter omnes esse peccata lethalia, tactus ob eā delectationē habitos, inter solutos: sicut & ipsam copulam. Altera autem est delectatio sensibilis venerea, & libidinosa ex ipsis tactibus cōsurgens, sistendo in ea, nec intendendo copulā, nec illius voluptatem. Et de hac est specialis difficultas, an efficiat oscula, & amplexus, quæ de se in differtia sunt, culpam lethalem esse.

Dicitur autem delectatio Venerea, seu libidinosa, quæ in ipsa carne sentitur. Vt docent Caiet. summa verb. impudicitia, statim in principio, & ibi Armilla nu. 1. Quod clariùs explicat Tabiena verb. cogitatio. q. 8. nu. 9. post medium, dicens tunc contingere, quando sentitur in carne, cū commotione spirituum subseruientium generationi circa partes libidinosas. Ad differtia eius delectationis, quæ placet tactus, aut visus proprii corporis, vel alieni, sine vlla libidine, ob solam proportionem, & connaturalitatem cum organo tactus, aut visus. Sicuti tactus rei blandæ, & visus rei pulchræ, organa visus, & tactus, naturaliter delectant.

Consistit ergo difficultas in hoc, an oscula, & amplexus femine à viro habitati, ob solam veneream, & sensibilem delectationem ex ipsis cōsurgentem habitati, ab aliq; alia sinistra intentione, sint culpa lethalis. Quidam enim id negant. Ducuntur primò. Quoniam D. Paulus ad Ephes. 5. vbi cauendū præmiserat fornicationem, auaritiam, & turpitudinem, subdit hæc. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi. Vbi dum significauit prædicta esse lethalia, dicit ea à Christi regno excludere: subicit turpitudinem, cætera commemorans: censuit

Q 999 ergo

ergo non esse peccatum lethale. Nominem autem turpitudinis, amplexus, & oscula comprehendit, refertur Glossa interlinealis ibidem, secundo, quia D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. in fine corporis, appellat tunc amplexus, & oscula, libidinosi, & dicit esse lethalia, cum ad delectationem copulae experientiam referatur. Atque ita tactuum malitiam mortalem reducit in morosam delectationem de copula captatam. Et clarior id docet de veritate, q. 15. art. 2. in fine corporis, his verbis. *Simpliciter concedimus consensum in delectatione fornicationis, vel alterius mortalis, esse mortalem. Ex quo sequitur quod quid quid homo agit ex consensu talis delectationis, ad hoc ut huiusmodi delectatione nurrat, aut teneat: sicut sunt turpes actus, aut libidinosi oscula, vel aliquid huiusmodi, totum est mortale.* Tertio, quia si oscula, & amplexus propter solam illorum delectationem habita, ideo sunt mortalia. Quonia ad fornicationem suapte natura referuntur, quoniam ea exercens minimè illa spectet: nequaquam erit se indifferetia, sed intrinsecè mala. Quod omnes negare diximus num. 2. Et confirmatur, quia bonitas, vel malitia rei de se in differentem pendet ex fine, quem operans spectat. Cum illa suapte natura ad bonum, vel malum referri possit: atque in hoc consistat eam indifferetem esse. Ergo dum operans non refert ad fornicationis delectationem, oscula, & amplexus, non est dicendum ea esse mortalia: quod ad illam ex se dirigatur. Quarto, quia fornicatio ideo est mala, quod aduerfetur bonæ prolis educationi. Quod cum in amplexibus istis, & osculis non reperitur: minimè fornicationis malitiam participabunt. Quinto, quia videtur delectatio hæc modica in genere luxuriæ: atque ita ratione puritatis materiæ excusari à mortali. Nam licet sit eiusdem rationis cum ea, quæ ex copula percipitur, at multo minor est. Sexto, quia delectatio naturaliter consequitur actum, & est eiusdem malitiæ. Cum ergo substantia tactuum non sit ex se peccatum, nec delectatio cõsequens illam erit. Et confirmatur. Quia obiectum non efficitur malum propter delectationem, sed ideo est mala, quod versetur circa malum obiectum. Teste Philosopho 10. Ethic. Ergo tactus qui ea delectatione seclusa mali non sunt, ratione delectationis non erunt lethales. Sed potius quia tactus non sunt de se mortales, neque ea delectatio talis erit. Atque ideo huius sententiæ sunt, Martinus de Magistris tract. de temperantia. q. 3. de

luxuria. Vmbertus in expositione regulæ D. Augustini. Gabriel lect. 74. in canonem mislæ, littera E. vers. verum duplicia sunt. Iacellus lib. de philosophia Christiana 2. p. tra. 7. cap. 15. de impudicitia nu. 10. Et quidam Neoterici (vt refert Tabiena verb. cogitatio. q. 8.) Et quidam Doctores Hispani, (vt refert se intellexisse Nauar. sicui, de pœnit. d. 1. num. 15. & clarè censet esse probabilem, Sotus 4. d. 34. q. 1. art. 2. ad finem, vers. ex quo fit, vbi oppositâ sententiam appellat veriorè, quasi supponens hæc esse probabilem, sed non ita certâ, ac contrariam. Eiusdem sententiæ videtur D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 10. notabili dicens tactus cum fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ esse mortales. Et Nider in sua summa, præcepto 6. cap. 2. ad finem, vers. secundo principaliter, dicens esse lethales, cum sunt libidinosi, & ea intentione, vt in se, vel in muliere excitetur concupiscentia. Et Margarita confessorum 6. præcepto, fol. 90. dicens oscula, & amplexus habita ex lasciuia, esse mortalia, & tunc id contingere, quando habentur, vt sequitur pollutio, vel cum periculo. Viger. lib. milit. cap. 7. §. 5. vers. 7. ad finem, dicens esse mortalia ob intentionem corruptam, sicut & aspectus. Iuxta illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, machatus est in corde suo.* Et Manuel 1. tomo summa 2. editione cap. 203. num. 2. dicens oscula tunc esse mortalia, quando diriguntur ad actum carnalem, vel libidinosum.

Prima conclusio fit. Tanquam verissima sententia, tenenda est, amplexus, & oscula habita inter virum & feminam omnino solutos lege matrimonij, & spõsalium inter se initorum, propter solam delectationem sensibilem in appetitu sensitiuo cõsurgentem ex ipsis, quoniam nec de fornicatione, nec de illius delectatione cogitetur, esse peccata lethalia. Probat primò, quia D. Pautus ad Ephes. 5. numeratis fornicatione, turpitudine, & immunditia, dicit immundos excludi à regno Dei. Vbi Lyra super verb. omnis immundicia, dicit non mine immundiciæ claudi omnia ad luxuriam pertinentia. Et ad Galat. 5. vbi præmisit esse opera carnis, immundiciam, impudiciam: subdit hæc. *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Vbi Lyra super verb. impudici, ait nomine impudiciæ includi aspectus, & tactus. Quod autem excludere à regno significet culpam lethalem, feraturque in omnia ibi enumerata, videnter dicere D.

August.

August. D. Chrysof. D. Athanas. D. Irenæus ibi. Et 2. ad Corinthios. 12. *Lugetur multos qui non egerunt penitentiam super immunditia fornicatione, & impudicitia.* Id est, osculis, & tactibus. vt exponit. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. ad 5. Secundo, quia D. Ambrusius in id Pauli 1. ad Thessalonicenses 5. fine, *salutaria fructus in osculo sancto.* hæc ait. *Sic ut oscula sunt in saluatione Christiana, cetera carnalia sunt. Quia quidquid sine Christo sit, carnale est, ac per hoc, mortale.* Et D. Cyprianus lib. 1. Epistola 9. ad Pomponium, de virginibus, & refertur cap. nec aliqua 2. 7. q. 1. sic inquit. *Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa consabulatio, & osculatio, quantum delectatur, & eximium conueniunt.* Vbi hi sancti expresse videtur docere amplexus, & oscula esse mortalia, vbi in eis amor castus desideratur. Tertio, quoniam amplexus, & oscula ob delectationem habita, suapte natura, & intrinsecè ordinantur ad copulam, tanquam circumstantiæ illius. Quod vel ex eo constat, quod prædictis tactibus vtantur bruta dum se ad coitum præparant: naturaque, in eis voluptatem sicut in coitu apposuerit, ac instar illius immutent corpus, ipsantque delectent. At circumstantiæ intrinsecè actus, participat eamdem ipsius malitiam. Et confirmatur. Nam hi tactus multo viciniore sunt copulæ, quam delectatio morosa ipsius copulæ cogitate. Quam tamen constat esse mortalem. Quarto, quia amplexus, & oscula suapte natura proxime subferunt copulæ, & notabiliter excitant vehementem corporis, & spirituum generationi ministrantium commotionem. Quare talis delectatio est inchoatio copulæ carnalis. Quinto, quia adeo turpia reputantur amplexus, & oscula, vt multi non improbabiler existimant ea sufficere, vt legatum relictum vxori castè viuenti, deperdatur (vt restit. lib. 7. disp. 91. nu. 38.) Sexto, quia intantum censentur oscula impudica, vt ex eis probetur adulterium (vt Baldo, & multis alijs relatis, tradit Mascardus de probat. conclusione 64. à num. 1. vsq. ad 5.) Sunt ipsius adulterij pars. Vt cum Tullio, & Andrea de Isteria, tradit Gregor. Lopez. l. 1. vers. confej. tit. 14. par. 2. Tandem, quia prohibita fornicatione per sextum Decalogi præceptum, censentur prohibiti hi tactus, qui sunt, media ad illa. Nam interdita re aliqua, censentur interdici omnia per quæ ad eam deuenitur. l. oratio. ff. de sponsalibus. Et ideo huius sententiæ sunt D. Thom. de malo. q. 15. art. 2. ad

18. (Et quoniam in alijs locis lubricè loquatur: atque ita cum præcedentibus formisimus 2. argumentum ex eius dictis, pro contraria sententia. At nu. 2. o. in illius solutione ostendimus idem sensisse illum in eis locis.) Palud. 4. d. 3. 1. q. 3. art. 2. num. 17. Et ibi Supplementum Gabrieli. q. vnica, art. 3. dubio 2. Viccius in speculo doctinali, tomo 3. lib. 3. distinctione 2. p. 9. vers. circa tertium. Abulensis cap. 5. Matth. q. 197. Gerson 2. p. opusc. tripartito de præceptis Decalogi cap. 13. alphabeto 3. 1. fine. Et regulis moralibus cap. de luxuria, alphabeto 24. littera Y. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. dubio 1. Et opusculis, tomo 1. tract. 14. de delectatione morosa, dubio 3. & summa verb. delectatio. §. secundum in delectatio, in fine. & verb. impudicitia, & verb. osculum. Rossella verb. delectatio nu. 3. Tabiena verb. cogitatio. q. 8. num. 9. ad finem, dicens esse de fide. Et verb. osculum num. vnico, ad medium. Arnilla verb. impudicitia nu. 1. & verb. osculum, num. 1. Sotus 4. d. 34. q. 1. art. 2. ad finem vers. ex quo fit. Nauar. si cui, de pœnit. d. 1. num. 9. & 15. Et summa cap. num. 11. Angles floribus 1. par. q. 8. de impedimentis matrimonij, art. 1. dubio 9. conclusionem 1. Corduba summa. q. 2. pun. 40. q. 4. q. 190. & super Sotum de secreto, membro 2. q. 2. circa 2. conclusionem; vbi oppositum appellat erroneum. Nieua summa tit. 87. Hieronymus de Zenetinis tract. de foro conscientiæ, & contentio lo num. 139. habetur tomo 3. tractatum. p. 2. Nider summa, præcepto 9. cap. 4. duplici pagina ante finem vers. quarto etiam hic prohibetur. Alcozer summa, cap. 2. o. folio 71. pag. 2. §. mirar mugeres. Pedraza licet non ita clarè, summa, præcepto 6. §. 1. 5. & 20. Ioannes de Burgo in pupilla oculi. par. 10. cap. 4. Metina lib. 1. summa cap. 14. §. 18. folio 118. pagina 2. & 1. 2. q. 74. art. 8. dubio 5. vbi & Vazquez disput. 109. num. 57. Valentia 2. 2. disput. 9. q. 3. puncto 3. ad finem. §. si autem eiusmodi tactus. Nauarra refert Baltanas, & dicens oppositum esse falsum, & forte temerarium libro 2. de relict. cap. 4. dubio 5. inter ea que proponit, agens de peccato quod detractores admittunt, in noua editione num. 182. & sequenti: ac in priori editione num. 318. Ioannes Hessels in expositione Decalogi, præcepto 6. cap. 14. duplici pagina ante finem. Philareus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. libro 4. cap. 18. dubio 3. Bartholomæus à Ledesma dubio 28. de matrim. fine. Et dubio 13. de

Q 999 2 pœni

penitentia, in interrogationibus circa 6. præceptum. Gratius 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 75. num. 10. Et eandem sententiam docent, sicut non ita clarè alij Doctores, dicunt enim oscula, & amplexus ex libidinosâ delectatione habita, esse lethalia, nõ explicant tamen, quando dicatur libidinosâ delectatio. Hi sũt, Glossa clem. final. verb. septimo, de hæreticis, & ibi Abbas ad finẽ. Cardinalis super eo verb. septimò, statim in principio, Imola ibi num. 17. Bonifacius nu. 38. Paulus ibi. Albericus in suo dictionario verb. luxuria, vers. luxuria est multiplex. D. Anton. dicens cum Vlderico, cõtrarium esse hæreticũ 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 9. Angelus verb. luxuria, sine. Sylu. verb. delectatio. q. 3. & 4. Tabiena verb. delectatio. q. penultima Turrec. cap. hospitaliũ, art. 2. num. 6. d. 30. Aluarus Pelagius de plantu Ecclesiæ, lib. 2. art. 52 in 7. errore Bergardorum. Emmanuel Sa summa verb. luxuria vers. oscula.

8 Atq; à foriori dicendum est, oscula, & amplexus inter personas eiusdẽ sexus habita ex prædicta delectatione venerea, quæ ex ipsis sentitur, esse peccata mortalia, vt inter duos viros, aut duas feminas. Quia ad longe peiorem concubitum ordinatur. Sic Gerson 2. p. opus. tripartito, de præceptis Decalogi cap. 15. alfab. 51. sine. Nieua summa tit. 87. Gratius 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 75. num. 10.

9 Moderanda tamẽ est hæc sententia, nisi paruitas materię addit. Illa enim à mortali culpa excusabit. Potest enim dari modica delectatio venerea, quæ si absint periculum pollutionis, & periculum cõsensu in actũ carnalem, non erit culpa lethalis. Quia dari nequit ratio sufficiens, cur in cæteris præceptis detur paruitas materię, non tamen in hoc. Et quantum paruitas copulæ carnalis dari nequeat, at potest dari paruitas delectationis venereæ, quæ ex solo tactu, vel cogitatione insurgat. Sic Armilla verb. impudicitia num. 1. sine. Nauar. cap. si eũ, de penitentia d. nu. vltimo. Sotus de doctrina Christiana, folio 26.

10 Secunda conclusio. Si amplexus, & oscula, & tactus huiusmodi non omnino turpes, & impudici, istam habeantur ioco, causa vanitatis, vel leuitatis, vel alia simili, absq; delectatione venerea, & si inde consurgat, ea repressa, non expeditur culpa veniale. Quia cõsentur paruitas materię. Cum absit delectatio venerea. Sic Caiet. summa verb. impudicitia. Nauar. summa His-

pana cap. 16. num. 11. & cap. si cui, de penit. d. 1. num. 11. Gratius 1. p. decisionum, libro 2. cap. 75. num. 10. Et idem dicit Nauar. summa Latina cap. 1. 4. nu. 41. vers. 19. de tactu mammillarum femininũ habito à viro iocose, & absq; alia praua delectatione. Quia turpiore tactus sunt oscula, & amplexus. Vt docet Greg. Lopez. l. 1. verb. confesar tit. 14. p. 2. Quod benè intelligit Nauar. eo cap. 14. num. 42. vers. 19. dãm modo sint tactus illi inter personas, quæ inde ad peccatum mortale non incitentur.

11 Consulto autem dixi in conclusione, tactus qui non omnino turpes sunt, & impudici, nam tactus impudicos, vt partium vicinarum verendis, vel ipsarum verèndarum, nunquam excusarem à mortali absq; necessitate habitos inter personas distincti sexus: vt inter viros & feminas. Quia ex natura rei ad delectationem veneream tendunt, illamq; valde excitant. Et licet à tangente ad eam non referatur, sed ad coitum: sunt tamen valde contrarij honestati naturali: maximamq; indecentiam præ se ferunt. Atq; ita quantum Doctores admittunt tactus alios inter sponsores de futuro, excipiunt tamen impudicos, vt nu. 52. dicemus. Et similiter licet Doctores admittant seminum dubiam de mala tangenti intentione, posse aliquando permittere amplexus, & oscula: at tactus impudicos nonquam admittunt extra verendum necessitatis casum. Vt potest videri in D. Anton. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 9. Rosella verb. delectatio nom. 3. ibi Sylu. q. 4. & in multis alijs. Tandem, qui inspicere mulieris pudenda excusitate, est mortale. Vt dicemus num. 25. propter maximam indecentiam, & summum periculum. At indecentius, & maiori periculo expositum est ea tangere. Atq; ita Nauar. summa Latina cap. 14. num. 42. vers. 19. dicens amplexus, & oscula, & alios tactus ioco habita, vacare culpa mortali, excipit impudicos tactus. Potest tamen hoc temperari, nisi tactus ille pendendorum supra vestes haberetur, non intenta delectatione consurgente ex tactu mediato cogitato, sed leui quadam ex tactu immediato. Quia hæc delectatio ex suo genere non est tanta, nec tam propinqua copulæ: vt reputanda sit materia grauis. Hinc refertur, à foriori esse mortale, si persona eiusdẽ sexus, vt si vir vniũ, aut femina feminæ pudenda tangant, ob delectationem venereæ ex eo tactu consurgente. Quia tactus illi ad Sodomiam pertinent.

ut quædam illius inchoatio. Deinde, quia licet appetus inter personas eiusdẽ sexus non sit ita turpis, ac inter diuersi: at id oritur, ex eo quod appetus non ita ordinetur ad coitum, illumq; inchoet: nec ita participet illius malitiam. Dixi autem, ob delectationem veneream. Quia secus esset, si ex quadam leuitate, & ioco, absq; animo turpi tactus ille haberetur. Vt solet pueris euenire ioco pudenda arripientibus. Quia deficit animus libidinosus: nec tanta versatur indecètia, & inhonestas, ac inter personas diuersi sexus.

13 Secundò infertur, non esse mortale peccatũ, nec sepe veniale, exoculari affectu, & magna cũ suauitate molles infantũ carnes. Quia id non ex venerea delectatione oritur, sed ex amore tenero, & suauitatis infantilis ætatis. Aliàs innumeris parentes, & nutrices damnarunt. Et ita Nauar. summa Hispana cap. 16. num. 11. excusat tangentes huiusmodi pueros.

14 Tertio infertur, esse mortale propria verenda tangere, venerea delectatione ex eo tactu orta. Quia tendit ad molliciem. Sic Armilla verb. impudicitia. num. 1. Secus de tactu ex curiositate, aut leuitate, aut gratia manũ calefacti, absq; libidine, & pollutionis periculo. Quia deficit animus libidinosus, nec interuenit ea turpitudine, & inhonestas, quæ in tactu alieno.

15 Quarto infertur, cõmuniter nõ esse mortale obscenas brutorum partes conficere. Quia inde non excitatur ita vehemens delectatio, sed modica quædam, & potius ex sola curiositate fit. Et quantum conficere intèderet, vt brutum semen expelleret, ex curiositate illud vidèdi, non est mortale. Quia non est tale crimẽ impedire bruti generationẽ, aut efficere vt abortiatur, sicut nec ipsum necare.

16 Vltima conclusio. Tactus leues, vt manu femina, pedem, vel brachium premere, vellicare, digitos intosquere, non sunt cõmuniter peccata mortalia, sed venialia. Quia cõmuniter ex leuitate quadã, iocoq; & non ex libidine procedunt. Sic Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. circa solutionẽ ad 2. immediatè ante vltimũ dubium. & summa verb. chorea, in sine, vbi Armilla nu. 2. Tabiena verb. osculũ, nu. vnico, paulò post mediũ. Nauar. summa Latina cap. 14. n. 42. vers. 19.

17 Dubitabis autem, num ij tactus leues habiti ob captadam delectationẽ illã, quæ ex ipsis oritur, sint peccata lethalia? Vt diximus numer. 7. esse amplexus, & oscula.

Affirmant Caiet. 2. 2. eo art. 4. & Tabiena nu. præcedenti allegati. At durũ mihi videt. Quis enim id affirmarim de tactibus illis grauioribus: eo quod vehementius ad coitum incitet delectatio ex illis captata, imò sit quædam coitus inchoatio. At alij tactus sunt tam leuiter turpes, vt excusent à mortali propter leuitatem paruitatem, etiã si intendatur delectatio ex illis refultans. Quia ea delectatio venerea modica materia est ad constituendam culpam mortalem (vt nu. 9. dicebamus.) Aliàs nulla esset differentia inter hos tactus leues: & inter amplexus, & oscula. Hæc enim ex leuitate, & ioco habita, venialia esse diximus. Et ita Nauar. nu. præcedenti allegatus mirius videtur loqui. Tunc enim tactus hos leues de culpa mortali damnat, quãdo finis illius mortalis intenditur. Et Armilla verb. chorea nu. 2. quãdo finis est se vel alium ad libidinem prouocandi.

18 Ex dictis infertur, in tactibus libidinosis, quando iuxta prædicta sunt lethales, fatèdas necellariò esse circumstantias personarũ agentis, & patiens, sicut in copula ipsa. Vt si tangens, vel tactum patiens sit matrimonio, aut voto affectus, si sint consanguinei. Quoniam eiusmodi sunt malitij moralis, cuius est actus cõsummatus copulæ, ad quã suapte natura referuntur, quantum tangens eam minimè intendat (vt nu. 7. probauimus.) Sic Abulenſis cap. 5. Mat. q. 197. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. dub. 1. §. ad euidentiã horum, & summa verb. impudicitia, vbi Armilla nu. 1. Tabiena, verb. osculũ nu. vnico, paulò post mediũ. Corduba summa q. 2. puncto 4. & q. 190. Nauarra lib. 2. de restit. cap. 4. dubio 5. est illis quæ proponit circa peccatũ, quod admittunt detrahentes, in noua editione nu. 183. in antiqua verò nu. 318. Bartholomæus à Ledesma dubio 28. de marrim. fine. Alcozer summa. c. 20. fol. 74. pag. 1. 5. est circumstantias Margarita Cõfessorũ 6. præcepto, sine. Ioannes Hæselius in expositione Decalogi 6. præcepto cap. 14. ad finem.

19 Rursus hinc deducitur, audiendos non esse quosdam Neotericos, qui dicunt nullũ actum luxuriosum coniugis, in quo non sit feminis effusio, nec ex vi actus, pertinere ad adulteriũ, nec habere circumstantiã matrimonij necellariò explicandam in cõfessione. Vt si vir solutus abutatur sodomiticè muliere coniugata. Vel vir coniugatus patiatu cõtra naturam accessum soluti. Quia cõiuges ratione matrimonij minimè obli-

gatur nisi ad feminis redditionem, & primo, & per se dominum unius in alterius corpus, est supra semen, per cuius commixtionem efficiuntur vna caro, & generationi vacant, quæ est potissimum matrimonij finis. Ergo quoties nõ est dispendium feminis obligati, minime sit contra iustitiã matrimonij. Et confirmant. Quia coniuges non habent mutuum dominium corporis vtriusque. Alapa enim cedens alterutrum, non irrogat matrimonio iniuriam: sed solum dominium suorum corporum habent in ordine ad generationem. Ergo in actibus vbi non est aliquis abusus feminis coniugati, nec membri, aut vtiq; ipsius ad generationem ordinati, nequaquam erit adulterium. Sed audiendi non sunt. Quia aduersantur Doctoribus. n. præcedenti allegatis. Item, quia fides matrimonij integrã corporis dominium tradit quoad copulam coniugalem, & omnia ad illã ordinata: & obligat ad abstinendum ab omni actu venereo cũ alio: eod quod de se ad copulam adulterium referatur. Imò & mentem in alia minime collocare astringit. Vt recte docet Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disp. 12. sine. Et quantum dicat hoc non sibi admodum certum esse: non obstat. Id enim ait, quia cõset ibi delectationem morosam non semper habere eadem circumstantias, ac copulam, de cuius cogitatione captatur. Nec obstant argumenta illorum. Quia non solum feminis, sed auctum, qui ordinantur ad copulam, & sunt illius circumstantiæ, habent coniuges dominium. Nec est simile de alapa in illa coniugi. Cum ad hos actus nihil me pertinet.

Tandem ad argumenta nu. 9. proposita respondetur. Ad primam dic, cum D. Th. 2. 2. q. 154. art. 4. ad 1. Et Caiet. ibi, dubio 1. §. ad 2. dicitur, idem nõ repeti, quia hæc vbi sunt peccata mortalia, pertinent ad eadem fornicationis speciem: atq; ita includuntur sub fornicatione repetita. Ad secundã dic, cum Caiet. ibi D. Thomã explicare malitiã mortalem illorũ tactus, quod de delectatio illorum, vel ab ipso tangente, vel ex natura sua ad fornicationis delectationem dirigat. Quare licet tangens non dirigat, sed in illa sit, adhuc erit mortalis, propter ordinẽ intrinsecum ad copulam. Ad tertium dic, illos tactus ex se indifferentes esse, & idem minime ordinari ad fornicationis delectationem. Secus de istis tactibus habitis ob delectationem venereã ex ipsis confurgentem. Non enim tunc sunt differentes inter omnia solutos, sed intrinsecẽ mali. Ad

confir. respondeo, ita hic contingere. Non enim illi tactus sunt mortales ob delectationem naturalem ipsorũ, quatenus indifferentes sunt. Hæc enim est casus sentitur ex cõtactu rei organo enasque porotionatq; (vt. n. §. explicui.) Sed sunt mortales. Quia tangens acceptat delectationem sensibile, & venereã, confurgentem, quæ suapte natura ad copulam tendit. Ad quartum dic, factis esse vt malitiam copule participet, ad illam ordinari, & subinde vt damnũ illud proli inferatur. Ad quintum dic, non esse modicã, licet minor sit delectatione ipsius copule: Valde enim corpus immutat: ac spiritus generationi subservientes commouet. Delectatio verò cõsurgens ex tactibus leuiter turpibus, pertinet ad materiam paruitatem. Vt nu. 17. explicuimus. Ad sextũ dic, cõvincere delectationẽ quæ naturaliter consequitur tactũ, non esse malũ. Secus de delectatione venereã. Ad cõf. respondeo, delectationẽ cõsistentẽ intra limites obieciũ, sumere ab illa malitiam: secus quando eos limites prætergrediens transit ad aliam delectationis speciem, nempe, luxuriæ ordinatæ ad copulam. Tunc enim sumit malitiã à specie in quam transit.

SVMMARIVM.

An aspectus turpes sistendo in eorum delectatione, sint peccatum mortale inter omnino solutos? Refertur quædam sententia num. 21. Communiter non sunt mortales. Et approbat dicitur inter visum, & tactum. n. 22. Quid, si sint valde inhonesti, vt pariter venereã daram? num. 23. Quid, si breuẽ duront, vel sint inter personã venereã, aut sensibus carnis, vel valde frigidat num. 24. Quid, si verenda renuissimã, & diaphanã operiantur vestibus? num. 25. Quid, de aspectu eructum, peccatum, brachiorum faminẽ? num. 26. Quid, de aspectu venereã inter personã eundem sexus? nu. 27. Vbi de aspectu venereã in lumine. Quid, de aspectu propriorum venereã? nu. 28. Quid, de aspectu concubitus viri & faminẽ? num. 29. Quid, de aspectu concubitus bestiarum? num. 30. An in peccato aspectu sint fatendo circũstantiã, ad in ipsa copula? num. 31. Post nu. 31. Inuenies alia summaria.

Questio

Qualis secunda. An aspectus turpes gratia delectationis quæ ex ipsis captatur, in ea sistendo, habiti sint peccata mortalia? Sicut de tactibus diximus num. 7. Quidam nullam distinctionem inter visum, & tactum atq; ita dicunt similiter esse mortales aspectus obieciũ turpis, ob delectationem ex ipsis confurgentes, licet nil aliud intendatur. Vt si vir feminam sic aspiciat, vel e contra. Quia quantum tactum magis consequatur delectatio venereã, quàm visum, ac sepe etiã cõsequitur visum. Quod significauit Dominus Matthei 5. Qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam mactus est in corde suo. Quod etiam significauit D. August. sermone 3. de communi vita clericorum: & Epistola 109. ad Monachas, & refertur cap. nec solo 32. q. 5. ibi. Nec solo tactu sed aspectu quod appetitur, & appetitur femina. Pro hac sententia sunt, Glossa elem. finali, de hæret. verb. septimo, & ibi Abb. ad finem. Card. super eo verb. statim in principio: Imola ibi num. 17. Albericus in suo dictionario verb. luxuria, verũ luxuria est multiplex. Hieronymus de Zenetinis in tract. de foro conscientia, & cõtentio num. 139. habetur tomo 3. tractatum p. 2. Abulensis cap. 5. Matth. q. 197. D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 10. notabili 1. Tabiena verb. delectatio, q. penultima, vbi Sylu. q. 4. qui omnes eodem modo loquuntur de aspectu, & tactu atq; ita vtrumq; dicunt esse mortales, si animo libidinoso habeantur. Et in proprijs terminis docet Gerlon 2. par. regulis moralib. cap. de luxuria, alphabeto 24. litera Y. Angelus verb. luxuria no. 2. Supplementum Gabriels 4. d. 3. q. vnicã, art. 2. dubio 2. Tabiena verb. cogitatio q. 8. num. 9. Armilla verb. impudicitia nu. 1. Nauar. cap. si cui, de penit. d. 1. n. 9. Grassus 1. p. de cõtionum, lib. 2. cap. 75. num. 10. & cap. 78. num. 16. Ioannes Hessels in expositione Decalogi, in 6. præcepto cap. 14. ad finem. Et specialiter Nauar. & Armilla ibidem impugnant distinctionem inter aspectum, & tactum. Et fatetur Nauar. visum esse minus periculo libidinis expõsitũ, atq; expluribus causis posse esse licitum, aut veniale, quàm tactum. Si autem absit prædicta delectatio, & sola vanitas, aut leuitas ad aspectum inducat: erit sola culpa venialis. Quod fatetur D. Ant. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. Nauar. summa cap. 16. num. 11. Armilla verb. delectatio nu. 5. Grassus vtroq; loco proxime citato.

Ceterum quauis hoc satis probabile sit: magis placet discrimen esse inter visum, & tactum. Quod hic suapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde consentire in delectatione sensibilibus, sit quasi quædam copula inchoata, & consensus in delectationem copule, & peccatum lethale. Ille verò non ordinetur ita ad venereã, & proinde eius delectatio non sit communiter venereã, & solum peccatum veniale: nisi aspiciens ad alium malum finem ordinet. Præterea, quia delectatio ex visu confurgens non est tanta, nec ita appetitũ sentit excitat, vt non possimus dicere pertinere ad paruitatem materię delectationis venereã (de qua num. 5. egi) ac proinde excusari eam à culpa lethali. Sicut de voluptate captata ex tactibus licet turpibus, diximus num. 17. Et idem hanc sententiam sustinent Caiet. summa verb. impudicitia, & verb. delectatio. §. secundum ad delectatio, in fine. Et opusculis, tomo 1. tract. 14. de delectat. morosa, dubio 3. Nau. summa cap. 16. num. 11. Merina 1. 2. q. 74. art. 8. dubios. Philareus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 4. cap. 18. dubio 3. & videtur clarẽ sentire Alcozer in summa. c. 20. folio 71. pagina 2. §. mirar mulieres, vbi postquam dixit aspectũ mulierũ esse communiter veniale, cessante sine, & periculo peccati mortalis: subiunxit tactus ob solã delectationem esse mortales. Vbi clarẽ discrimen inter visum & tactum constituit.

Hoc tamen intellige, nisi aspectus sit valde turpis. Nam absq; vrgenti necessitate virũ cõspicere verenda femina, aut e contra, mortale est, quantum non ex libidine fiat, sed ex indiffereta mortificatione, aut curiositate. Quia valde honestã naturali aduersaturã deo vt primi parentes cum essent coniugij vinculo inter se coniuncti, erubuerint se nudos aspicientes, & proinde fecerunt sibi perizomata (vt dicitur Genes 3.) id est, cingulum, & velamen pudendorum. Vt dicantur D. Augustin super Genesim, ad literã cap. 32. tomo 3. D. Gregor. lib. 26. moralium cap. 12. D. Ambros. de paradiso cap. 13. Lyra Genes 3. Deinde, quia aspectus talis est vrgentiissimus luxuriæ stimulus, & grauissimò illius periculo expõsitus. Quod lapsus sanctissimi Dauidis 1. Regum 11. recte ponderatus à D. August. tract. de honestate mulierum cap. 1. & super psalmum 50. mirum in modum demonstrat. Ita sentiunt D. Anton. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 7. Rosella verb. delectatio nu. 5.

Q 999 4 & ibi

& ibi Sylu. q. 6. loquentes quando non libidinis, sed mortificationis causa ad flagellari parata efficit vir mulierem vestibus spoliari coram se. Et Sylu. subdit non improbandi, videri D. Antonium sentire idem, ubi sola curiositatis causa. Et Nauar. summa Latina cap. 14. nu. 36. vers. 1. loquens quando absq; causa iusta id efficitur: & nu. 42. vers. 19. quando iaci causa. Atq; idem credo, de partibus valde vicinis membris pudendo distat eadem ratione.

24 Potest tamen hoc temperari, nisi ob solam curiositatem videat aliquis personam diuersi sexus nudam, tam breui tempore, vt non detur occasio magnae commotionis in corpore. Vel li ratione etatis puerilis, aut senilis, aut frigidissima complexionis, cesset id periculum commotionis magnae in aspiciente.

25 Atq; similiter dicendum est, culpam esse lethalem, quando quis verenda alterius sexus aspiceret opera vestibus ita subtilibus, vt parum aspectui obfissent. Nam illae vestes semidiaphanae quodammodo plus libidinem excitant, quam nuditas. Sic Nauar. summa Latina cap. 14. nu. 36. vers. 5.

26 Ex diuersis deducitur primum, inspicere crura, brachia, vel pectora nuda foeminarum, non esse de se mortale, secluso alio periculo. Quoniam in his aspectibus non est tanta inhonestas, nec adeo ad malum prouocat. Atq; idem Caiet. 2. q. 169. art. 2. dubio 1. §. ad obiectionem; & in summa verb. ornatus. vbi Armilla num. 1. Nauar. summa cap. 23. Hispana num. 23. Latina num. 19. excusant à mortali foeminam ita indutam, vt pectora nuda appareant. Et hos aspectus non esse mortales, videntur tenere. Nauar. summa Hispana cap. 28. addit. ad num. 1. cap. 3. ad finem. §. la. 14. Latina cap. 3. num. 27. & Corduba summa. q. 4. corollario 7. folio 26. Cum enim praenitissent quamdam occasionem non esse mortale de se, atq; idem ab eis non recedentem posse absolui, seruatis tribus conditionibus, sub iunt idem dicendum esse de videtibus crura foeminarum in studio lauantium, vel pectora. Et intelligi hoc, quoniam ad sit aliqualis delectatio ex eo aspectu confurgens, cessante alio periculo, vel mala intentione. Reputatur enim leuis, nec ad venerem ordinata. Vt dixi num. 22.

27 Secundò deducitur, inter personas eiusdem sexus vacare culpa lethali, se nudas aspiceret. Vt contingit quando simul nant, vel verenda aspiceret: dummodo ab sit de-

lectatio quae ex aspectu tā turpi, orta, non esset leuis, & periculum aliud. Quia inter eas non est tanta inhonestas, nec adeo graue lapsus periculum: nec aspectus illi valde prouocat ad luxuriam. Atq; ita sentit Nauar. & ipsum sequens Corduba, quos num. praecedenti retuli. Quoniam inter occasionem, quam videntur dicere non esse lethalem, ponunt aspiceret viros natantes. Quod intelligi debet, quando vir virum natantem, vel foemina foeminam inspicit. Secus quando vir foeminam, vel e contra. Iuxta ea, quae num. 13. dixi. Et adhuc existimo intelligendum, inter duos viros non esse mortale. Nisi ob vehementem propensionem ad sodomiam, adesse periculum commotionis: vel ob personarū grauitatem, scandalum. Vt inter duos Episcopos. Nam grauitur, delinquentes contra decentiam suorum conuenientem.

28 Tertiò deducitur, non esse mortale, propria verenda inspicere ex quadam curiositate, absq; alia mala intentione, & periculo. Quia non est tanta inhonestas, & indecentia, vt culpa lethali tribuenda sit, sed soli veniali.

29 Quartò infertur, esse mortale, inspicere vici cum foemina concubitu. Quia est proximum vici periculum: & valde ad aduersatur honestati naturalis in honestior esse, aspectus; & magis ad luxuriam prouocans, quam cōspectus nude foeminae, vel verendorum, quem etiā sola curiositas gratia, diximus num. 23. esse mortalem.

30 Quintò deducitur, non esse communiter lethale, aspiceret brutorum concubitu, vel partes eorum foedas turpiter commotas. Quia id nec ita inhonestum est. Nec valde ad luxuriam prouocat. At si inde in aspicientem redundaret notabilis delectatio sensualis, esset culpa lethalis. Quia ea delectatio sensibilis indicat cogitari tunc similem actionē vt à propria persona exercendam: & ita amari.

31 Tandē id monuerim, quoties aspectus ratione delectationis notabilis veneret, vel periculi, est mortalis, fatendas esse circumstantias personarum, sicut in copula ipsa. Vt de tactibus dixi num. 19. Quoniam ordinatur ad coitum, eiusq; malitiam mortalem participat. Sic Iohannes Hesselius in expositione Decalogi, praepcepto 6. c. 14. ad finem. **SUMMARIUM.**

A N verba turpia dicere, vel audire, sit in soluta culpa lethali? Reseruet duplex sententia. num. 32. & 33.

Turpia dicere, scribere, vel audire, non est in soluta culpa lethali, sed indifferens. nu. 34. Qualis culpa sit, dicere, vel audire, vel canere turpia ob vanum solatium. num. 35. Quid, si audientibus detur ansa ruinae? nu. 36. Quid, de dicentibus, aut audientibus verba amatoria? num. 37. Quid, si audiens turpia rideat, & solatium praeseferat? num. 38. Quando sit mortale, dicere, canere, nutibus, aut gestibus turpia indicare, vel audire? nu. 39. Quid, si modica sit delectatio? num. 40. Quid, de audientibus comedias, licet sint clerici? nu. 41. Quid, de turpes cantilenas, aut comedias facientibus, aut representantibus? num. 42. Quid, de scribentibus, aut interpretantibus libros turpes? num. 43. Quid, de pigmentibus turpia? num. 44. Quid, de legendis turpia? num. 45. An in verbis turpibus sint fatenda circumstantia personarum? num. 46. Post num. 46. inuenies caetera summaria, quae desiderantur.

32 **Q**uestio tertia. An verba turpia dicere, scribere, vel audire, sit in soluta peccatum mortale? Caiet. 2. 2. q. 148. art. 6. fine, & q. 168. art. 3. dubio 1. ait gestus & verba turpia solum esse venialia, si nil aliud intendatur praeter delectationē ex ipsis confurgentem. Dicitur, Quia D. Paulus ad Ephes. 5. cum inter ea, quae sanctis dedecent, stulti loquium numerasset: id est, turpia verba: (vt ibi exponunt D. Athanasius, & D. Chrysostomus, ibi.) Cum tamen à regno Dei excludit, omisso stulto loquio repetit alia vitia. Sed hoc parū probat. Quia satis responsum est, nu. 20. in solutione ad 1. Eandem sententiam tenet Philiaricus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 4. c. 18. dubio 3. constituens differentiationem hanc inter tactum, & loquelam: vt ille propter solum delectationem sit mortalis, hæc autem non. Eandemq; differentiationem videtur amplecti, Alcozer summa. cap. 20. fol. 71. pag. 2. §. mirar muges, vbi ait, aspectus, auditum, delectationem, verba, turpia communitè esse culpam venialem, cessante fine, & periculo peccati mortalis. Et immediate subdit, tactus ob solum delectationē esse criminis lethale.

33 Alij verò absolute damnant de mortali delectationem de turpium loquutione captam, quoniam nil aliud intendatur. Ita Gerson 2. p. in regulis moralibus. c. de luxu-

xuria, alphabeto 24. litera Y. D. Anton. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 8. Angelus, verb. Juxuria. n. 2. Tabiena. verb. cogitatio. q. 8. n. 9. Armilla. verb. impudicitia. n. 1. Nauar. summa. c. 16. n. 14. Graffius 1. p. de cilio. num. lib. 2. c. 78. n. 12. & c. 75. n. 8. Iohannes Hesselius in expositione Decalogi. 6. praepcepto. c. 14. ad finem. Supplementum Gabriel. 4. d. 31. q. vnica, art. 1. dubio 2. Idem dicitur de delectatione canticorum turpium, Nauar. D. Anton. Graffius vtroq; loco citato. Idem de nutibus turpibus cum delectatione, a iunt Gerson, & Supplementum Gabrielis ibidem. Idē de gestibus turpibus, ait Graffius eo. c. 75. num. 8. Et denique idem docet de turpium audicione, cum praedicta voluprate. D. Anton. Nauar. Iohannes Hesselius, Graffius vtroq; loco citato.

34 **P**rima conclusio sit. Verba turpia proferre, scribere, vel audire, non sunt intrinsece mala, sed indifferencia: ac proinde eorum honestas, vel malitia pendet ex circumstantiis adhibitis, ac sine proferentis, scribentis, audientis. Probat, quia cum verba, vel scriptura sint conceptus signa, tantum erunt praua, vel honesta, in quantum conceptus sunt prauis, vel honestis. At rei turpis cognitio, indifferens est, potest enim bonum finem, vt ipsius malitia, moralis inuestigationem, & malum, vt venereis fomentum, peccare.

35 **S**ecunda conclusio. Turpia loqui ex quadam leuitate, non gratia delectationis, venere capite, sed cuiusdam vani solatii, ob delectationem artificij, vel ob aliam vanam causam, est tantum veniale. Quia non apparet aliqua grauis inordinatio. Nec finis intentus ex cuius malitia est mensuranda culpa, excedit limites venialis culpae. Et in hoc euentu est vera sententia num. 32. proposita. Et ita docent D. Antonius, 2. part. tit. 5. cap. 1. §. 8. Nauar. summa Latina cap. 16. num. 11. & cap. 14. num. 42. vers. 18. Graffius 1. part. de cilio. num. lib. 2. cap. 75. num. 9. Idem dicendum est de cantione, audicioneq; turpium, ac gestibus turpibus effectis ob eandem solum vanitatem. Quia eadem est omnium horum ratio.

36 **M**onuerim tamen verba illa turpia, cantiones, gestus, & posse per accidens esse peccata mortalia, ratione scandali altissimi. Vt cum audientes sunt spiritu debiles, & verba, aut cantica, aut gestus, sunt, valde lasciuia. Quia loquentes credere debent audientes in iudicandos ad culpam luxuriae, saltem desiderij, aut cogitationis. Nam

verba turpia ex ratione sua vehementer fo-
nent veneream, ad eamque excitant. Vnde D.
Athanafius in verba, D. Pauli ad Ephes. 5.
Aut *fluitio quomodo ait: Præbent verba ad res
ipsas ingreffum.* Idem D. Chryftom. ibi,
fermone 16. D. Basilus de legendis libris
Gentiliū, pagina 2. inquit sic: *Præui affue-
cere sermonibus, via est ad rem ipsam.* Et de-
niq; D. August. 1. confessionum. c. 16. &
Aristot. 7. Politic. cap. ultimo, tradunt ex
turpiter loquendi licentia sequi turpiter
facere. Atq; ita docent D. Antonin. nu. præ-
cedenti allegatus; & Nauarr. summa. c. 23.
Hispana. num. 131. Latina. num. 123.

37 Hinc deducitur, loqui verba amatoria,
quæ vulgo requitros appellamus, secliso
periculo propria; vel auditium ruinæ;
ob solam vanitatem, & vanum conciliādū
amore, leuamq; delectationem, non ex-
cedere culpam venialem. Quia nec dele-
ctatio, nec amor, intentā eam excedunt. Ita
Nauarr. summa Latina cap. 14. nu. 42. Cor-
duba summa. quæst. 5. corollario 2. Atque
idem dicendum est de talium verborum
auditione, ob eundem finem. Quia eadem
militat ratio.

38 Nec ob id, audiens turpia cum peccato
lethali dicta, de eadem culpa damnandus
erit, quod rideat, & gaudium præ se simu-
lans ferat, carens tamen delectatione vene-
rea: ne inurbanus habeatur, & de hypocri-
sis vitio notetur, ac locosis cōiūtijs scri-
bretur. (quod vulgo, darle vaya, appellat.)
Quoniam risus ille, & gaudium potest esse
de artificioso, & lepido dicendi modo, ac
proinde non est scandalum actuum. Et ex
alia parte absunt delectatio, & finis mor-
talia. Solamq; intenditur liberari, à mole-
stia, & conuitijs. At in duplici casu erit cul-
pa lethalis. Prior est, cum persona est talis,
vt risu scandalum generet: sitque risus ille
quali præstare authoritatem verbis turpi-
bus, ea que approbare, & honestare. Pos-
terior, cum ridet sibi complacens quoddam
existimetur turpibus deditus, ob idque lau-
dari, & magni fieri velit. Quia gloriam de
re lethali admittit, est lethale. Teste Na-
uarr. summa. cap. 23. Hispana num. 15. Lati-
na. num. 12. Secus vbi eam gloriam non
intendit, sed solum non sibi displicere eam
auditionem, vt molestiam, conuitiaq; di-
cta euitet.

39 Tertia conclusio: Dicere turpia ob no-
tabilem rei turpis delectationem cogitata,
quæ cogitatio excitatur, & fouetur verbis
illis, est mortale. Constat, quia illa dele-
ctatio

tio confurgens ex re turpi apprehensa, est
mortalis. Ergo à fortiori illam verbis fo-
re. Et in hoc casu est vera sententia relata
num. 33. nec credo contradicere Doctores
citaros. num. 32. solum enim volunt non
esse mortale: quando non additio turpi dele-
ctatio aliqua ipsius rei turpis cogitata, sed
delectatio sola ex verbis cōfurgens. Quod
verum reputo. Sicut dixi de delectatione
aspectus num. 22. Atque idem prorsus sen-
tiendum est, de delectatione captata ex tur-
pibus gestibus, aut nutibus, turpium ve-
auditione. Erit enim mortalis, cum intendi-
tur delectatio cōfurgens ex rebus ipsius tur-
pibus cogitatis, quæ auditione illa, aut ges-
tibus, aut nutibus fouetur. Secus autem e-
rit venialis. Et in hoc casu verificatur quod
ait D. Thom. 2. 2. quæst. 168. art. 3. nimirū,
vtentem in ludo turpibus verbis, vel fac-
tis, quæ de se sunt lethalia peccati mortali-
s reum esse: vbi Caiet. animaduertit, non
dixisse absolute, vtentem verbis, aut factis
turpibus, sed cū eo addito, quæ de se sunt
lethalia: vt significet non semper id lethale
esse, nisi aliunde aditatur mortalis ma-
litia.

40 Consulto autē dixi in conclusione, pro-
pter delectationem notabilem. Quia si mo-
dica sit, paruitas materia excusabit à mor-
tali. Iuxta dicta num. 9. vbi de delectationem
modicam in tactibus, hac ratione à mortali
excusauimus.

41 Ex his inferitur primò, quanuis comæ-
dijs interesse non sit mortale, vbi nec res
turpes representantur, nec modus repre-
sentandi est turpis: vel si hæc concurrant,
audiuntur ob solam vanam curiositatem,
absq; periculo probabili lapsus in aliquod
peccatum mortale. At quado turpia repre-
sentantur, vel modus est turpis, audiuntur;
ob delectationem ex ipsis turpibus
rebus confurgentem, modo exposito. nu.
39. aut cum probabili ruinæ periculo, esse
lethale. Quod ex ibi dictis constat. Quod
si roges, an saltem clerici in sacris cōstituti
peccet mortaliter, si illis intersint ob illam
solam curiositatem? Respondeo non pec-
care lethaliter, cessante scdalo. Quod ho-
die cessare credo: cum frequentissimum sit
clericos illis interesse. Nec obstat prohibi-
tio. cap. clerici, el. 2. de vita, & honest. cleri-
& cap. non oportet. 2. de consecr. d. 5. & c.
præterea, d. 51. Quia si credamus Innocen-
tio. d. c. clerici. nu. vnicio, est tantum de ho-
neste. Vel (quod verius credo) dicendum
est cum Caiet. summa. verb. clericorū pec-

cata, ad finem, non obligare sub mortali,
cessantibus scandalo, & contempu.

42 Secundo inferitur, componentes, aut
representantes comædias, quæ res valde
turpes, ac ad veneream excitantes continet,
peccare mortaliter. Quia sunt multis causa
ruinæ: secus autem, minimè reos esse cul-
pæ lethalis. Sic D. Anton. 2. p. tit. 3. c. 7. §. 5.
Angelus verb. ludus. nu. 3. vbi Syluest. q. 3.
Alcozer lib. de ludo. c. 54. Mendoga. q. 9.
scholastica. §. 11. addens id verū esse, licet
componentes, vel representans id non intē-
dat. Quia ex se præbet sufficientem ruinæ
causam. Et facientes turpes cantilenas ple-
nas lasciujs, dicit merito peccare mortali-
ter. D. Anton. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 8.

43 Tertiò inferitur, idem dicendum esse de
scribentibus, aut interpretantibus libros
turpes, & plenos lasciujs, ad veneream que
proutocantibus. Peccant enim mortaliter.
Quia eadem est ratio, ac de componētibus
similes comædias: & valde alluciat ij libri
ad turpia. Vt probat Castro, lib. 2. de iust.
hæret. pun. c. 15. in principio.

44 Quartò inferitur, Idem prorsus dicendū
esse de pingentibus turpia, vt veneream, aut
Adonidem dereatis pendendis, aut diapha-
no velo operatis. Quia hæc valde ad luxuriā
prouocant.

45 Quintò inferitur, legere libros turpes,
tractantes; de obscenis amoribus, ob solā
vanam curiositatem, & delectationem, esse
solam veniale: at si intendatur delectatio
venerea cōfurgens ex ipsis rebus turpibus
apprehensis, esse mortale. Prout explicui
num. 29. Et docet tunc esse mortale, Ioan-
nes Hesselus in expositione Decalogi, præ-
cepto 6. c. 15. paulo post principium.

46 Tandem quando turpia dicere, aut au-
dire, est peccatum mortale ob delectatio-
nem veneream inde perceptam; fatenda
sunt circumstantiæ personarum. Vt in de-
lectationibus tactuum, dixi num. 19. & in
delectatione aspectuum. nu. 31. Quia eadē
est ratio. Et ita docet Ioannes Hesselus nu.
præcedenti allegatus.

SYMMARIUM.

47 **A**n sponsi de futuro liceant tactus? Refer-
tur quedam opinio num. 27.
Non sunt mortales, modo non sint impudici. nu-
m. 28.
Quid, si habet turpi causa delectationis? nu. 29.
Quid si habet pollutionis periculum? num. 30.
Quando sint liciti, & quando veniales? nu. 31.
An tactus impudici sint illis illiciti? num. 32.

Minime permittendi sunt solis in loco oculis
sponsi de futuro. num. 33.

An liceant illi mutui aspectus, & verba? nu-
mero 34.

An quando sponsalia sunt conditionalia, & non
est implera conditio: vel persona sunt impe-
dita, & contraxerunt sub conditione, si Pon-
tifex dispensauerit, hæc liceant illis? nu. 35.
Soluuntur argumenta. num. 36.

48 **Q**uarto quarta. An sponsi de fu-
turo licita sint oscula, amplexus,
alijq; tactus? Aliqui negant. Dou-
centur primò, quia idē solutus
non licent, quia eis interdita est copula:
hæc autem similiter est prohibita sponsis
de futuro. Et confirmatur, quia sunt eius-
dem speciei, & maiora moralis, cum ipsa
copula. (vt diximus num. 7. & 19.) At
copula inter eos est lethalis. Secundo, quia fo-
lum matrimonium honestat delectatio-
nem tactuum. Tandem, quia in humanis li-
cet Rex interit contra cum aliquo, de
ipso in iudicem promouendo: nequit hic
ante adeptam officij possessionem, partē
aliquam illius muneris obire. Atque huius
sententiæ videtur clarè Palud. 4. d. 3. q.
3. art. 2. num. 17. & ibi Supplementum Gab-
riels quæst. vnicia, art. 3. dubio 2. vbi di-
cunt, idē amplexus, & oscula inter soli-
tos esse mortalia: quia inter eos copula est
mortalis. Nam cum eadem ratio locum ha-
beat in sponsis de futuro: videtur idem
sentire inter eos. Et clarius videtur tene-
re Caiet. summa. verb. impudicitia, & verb.
osculum. Sotus. 4. d. 34. quæst. art. 2. ad fi-
nem. vers. ex quo fit. Angles floribus. p.
quæst. 8. de impedimentis matrimonij, arti-
culo dubio 9. conclusi. vbi dicunt amplexus,
& oscula esse mortalia, nisi habeantur in-
ter matrimonio coniunctos. Et in terminis
tenent Pedraza summa, præcepto 6. §. 5. Et
aliqui Neoterici docēt. Et videtur sentire
Enriquez lib. 11. de matrimo. cap. 19. nu.
4. sine, olim fuisse licita, at modo non.

Prima conclusio sit. Oscula, & amplexus,
alijq; tactus nō impudici, excusantur à cul-
pa mortali inter ipsos de futuro, ratione
contra tactus sponalium inter ipsos nūti. Ra-
tio est. Quoniam licet matrimonij plerum-
quæ honestat copula, ita sponsalia, quæ quod-
dam matrimonij initium sunt, honestare
debent huiusmodi tactus, qui inchoatio
quædam sunt copulæ. Præsertim, quia sic
magis fouetur amor in ordine ad matrimo-
nium. Et confirmatur, quia ex eo quod in-

choatus sit matrimonij contractus per verba de futuro, data est de presenti ex natura rei maior facultas ad actiones, quæ ad copulam ordinantur. Et id eod. ita docent, Arcetinus consil. 42. nu. 8. Caiet. summa. verb. sponsalitia, & 2. q. 154. art. 4. post 1. dub. §. in responsione ad 2. Nauarr. summa. c. 14. nu. 18. & c. 16. n. 12. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 1. nu. 16. Veracrux appendice ad art. 1. 9. de conditionibus matrimonij, fol. 118. §. hanc opinionem. Metina lib. 1. summa. c. 14. §. 18. fol. 119. initio. Valentia. 2. 2. disp. 9. q. 3. p. 3. ad finem §. sentit tamen. Emmanuel Sa summa. verb. luxuria. §. oscula, & tactus. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 4. c. 18. dubio 3. Bartholomæus à Ledesma dubio 14. de matrimonio, ad finem. Grassus. p. decisionu, lib. 2. c. 82. nu. 3. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 42. art. 1. dubio ultimo. §. tertio secundum Theologos. Lud. Lopez. 1. p. instr. c. 54. §. peccat parentes: & c. 75. §. penultimo. Et fuerit Tabiena. verb. osculum. nu. vnicò, post medium, & Armilla. verb. impudicitia. nu. 2. licet strictius loquatur, dicunt enim posse ex consuetudine excusari. Idem aperte sentiunt Sotus. 4. ad. 2. 9. q. 2. art. 1. ad finem. vers. hoc tamen addiderim, & Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 22. n. 17. sine, vbi dicunt ijs, qui contraxerunt sponsalia sub conditione si Pontifex dispensauerit, non licere amplexus, & oscula, quæ à his licent sponis de presenti: vbi per sponis de presenti, minime intelligit eos, qui matrimonium contraxerunt: rem enim vanam dixissent: sed intelligit eos, qui de presenti contraxerunt vera, & absoluta sponsalia, amplexus enim & oscula eis licita, nõ permittuntur eis, qui de presenti non sunt stricti veris sponsalibus, sed sub conditione penitenti ex futuro euentu, quæ re vera in presenti sponsalia non sunt, sed talia erunt impleta conditione: & communiter omnes Neoterici hanc sententiam amplectuntur.

49 Atq; hæc conclusio vera est, quauis sponis intendant eam delectationem sensitivam, quæ ex ipsis amplexibus, & osculis oritur. Quia sponsalia, quæ matrimonij initiu sunt, excusant à mortali hanc delectatione, quæ copulæ inchoatio est: & in omino solutus esset culpa mortalis. Sic Caiet. vtroq; loco, Nauarr. vtroq; loco, Lud. Lopez vtroq; loco, Philarcus, Petrus à Ledesma, Barthol. à Ledesma nu. precedenti allegati.

50 Est tamen moderanda conclusio, dum-

modo non adsit periculum copulæ, vel cõsensus in eam, aut pollutionis. Tunc enim essent ij tactus, peccatum lethale. Sic Nauarr. summa. c. 16. num. 12. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 75. §. penultimo. Valentia, Philarcus, Emmanuel Sa, Metina, Grassus. nu. 48. allegati. Et quando est periculum copulæ, aut consensus in eam, constat. Quia ea sunt mortalia. Et quando est periculõ pollutionis, constat etiam. Quia amplexus & oscula magis licita sunt ipsi coniugatis, in quibus tamen efficiuntur mortalia ratione periculi pollutionis præuisæ. Vt dixi disp. præced. num. 34. Et quauis ibi num. 38. dixerim excusari à mortali, quando habetur inter coniuges in signum beneuolentiæ, & ad mutuum conciliandum amorem. At inter sponis de futuro strictius loquendum existimo. Quia necessitas in eo euentu excusat (vt ibi probauimus.) Que tamẽ non ita vrget inter sponis de futuro: imò valde expedit, vt mutuum aspectu fugiat, abstineantq; ab illis tactibus, quò periculũ admittendi multa mortalia caveant. Si tamen in eas angustias incidere, vt in vrbani, & austeri haberentur, nisi se amplexaretur, necessitas illa excusaret à periculo pollutionis præuisæ, & à culpa lethali. Ob rationes eo. nu. 38. allatas.

51 Secunda conclusio. Amplexus, & oscula habita inter sponis de futuro, in signu beneuolentiæ, & ad conciliandum, fouendumq; mutuum amorem in ordine ad matrimonium cõtrahendum, licita sunt omino. Quia finis est honestus. Si verò finis sit delectatio, erunt culpa venialis. Quia etiam inter coniugatos sunt similis culpa, quando propter eum finem habentur. (vt diximus disp. 44. num. 9.) Ita Caiet. vtroq; loco, & Bartholom. à Ledesma, relati nu. 48. Vnde dum Arcet. Nau. Menochius, Metina, Valentia, Petrus de Ledesma, Philarcus, Ludouicus Lopez num. 48. allegati, dicunt hos tactus esse licitos sponis: intelligunt non esse mortales, quales essent inter omino solutos: & posse excusari à veniali, si debitus adsit finis.

52 Tertia conclusio. Tactus impudici nullo tenus sunt liciti sponis de futuro. Quia proximiores sunt copulæ, ac proinde illis solis licent, quibus ipsa copula coniugalis est permilla. Sic Caiet. vtroq; loco, Nauarr. summa. c. 16. nu. 13. & c. 14. num. 18. Ludouicus Lopez vtroq; loco. Grassus, Bartholomæus à Ledesma, Petrus à Ledesma. nu. 48. citati. Et merito dicit Nauarr. eo. c. 14.

nu. 18. esse peccatum mortale. Quia materia est grauis. Quauis Caiet. summa. verb. sponsalitia, tactus videatur loqui. Dicit enim hos tactus inter sponis de futuro esse mortales, in casibus, in quibus inter coniuges tales essent.

53 Hinc inferitur, non permittendos solos esse sponis de futuro. Tũ propter periculum tactuum impudicorum. Tũ etiã, ob ipsius copulæ periculum. Sic Nauarr. sum. c. 14. n. 18. & c. 16. nu. 12. Lud. Lopez. 1. p. instr. c. 54. §. peccant parentes. Valentia, & Grassus. num. 48. allegati.

54 Secundò inferitur, similiter licere sponis de futuro aspectus, & colloquia mutua. Quod docent Nauarr. summa. c. 16. nu. 12. & Grassus. nu. 48. relatus. Et addit Nauarr. licere frui voluptate, quæ inde nascitur, secluso pollutionis, consensu ve in copulâ periculo. Siquidem tactus licent cũ ea voluptate. (vt probauimus nu. 49.) Intellige tamen licere id est, excusari à mortali, & à veniali, si adsit finis honestus. Nam si voluptas sit finis, erunt culpa venialis. Vt de tactibus dixi. num. 31. Intellige etiam, modò aspectus non sit valde impudicus, vt partium verèdatur. Sicut nu. 52. dixi de similitudinibus. Propter eandem rationem.

55 Quando autem sponsalia sunt conditionalia, & nondum impleta est conditio: vel per se impeditur, vt consanguineæ, contraxerunt sub conditione, si Pontifex disp-

penfarit, & impetrata est dispensatio: num liceant hi tactus, & aspectus, sicut alijs sponis de futuro? diximus lib. 5. disp. 5. nu. 38. 39. & 40.

Tandem responderad argumenta. nu. 47. proposita. Ad primum dicit, non esse eã rationem adequatã. Sed quia nullo vinculo matrimonij, aut sponsalium, quod eos tactus cohonestet, inter se colligat sunt: ac proinde sicut illis copula, & illius inchoatio in relicita sunt, ita & hi tactus. Ad confirm. dicit, inter omino solutos esse eis usque malitiæ cum copula ad quam ordinantur. Quia inter eos nulla est ratio cohonestas. At inter sponis de futuro, non habent eandem malitiam copulæ inter eos sublequantur. Quia est vinculum sufficiens inter illos ad tactus illos honestandos: non autẽ ad excusandam à culpa copulam. Ad secundum negandum est antecedens, vt constat ex dictis num. 49. Ad vltimum dicit, dispensationem esse rationem. Quia in alijs contractibus nullus inuenitur vfus, qui plenum rei dominium non supponat: vel voluntatem, & consensum veri domini. At in matrimonio inuenitur delectatio præuia delectationi copulæ coniugali, quæ est quasi illius inchoatio: & ita, vt ea licita sit, non desideratur plenum dominium, quale per matrimonium traditur: sed satis est inchoatio quædam illius, per contractum sponsalium acquisita.

DISP. QUADRAGESIMASEPTIMA.

Vtrum sponis de futuro liceat delectatio captata ex futura copulâ coniugalis cogitatione? Et coniugibus viduis esse cõsili liceat captata ex copulâ tempore matrimonij habitæ cogitatione?

SVMMARIVM.

Licet sint omnes actus voluntatis, vt delectatio, gaudij, desiderij circa copulam futuram, vel præteritam, habitam, vel habendam tempore coniugij, num. 1. An liceat delectatio sensualis de copula habitâ tempore coniugij, nondum coniugatis? Vel de eo tempore habitâ, iam viduis? Refertur duplex sententia num. 2. & 3. Non licet ea delectatio nondum coniugatis. n. 2. Non licet habitâ delectatio sub conditione coniugij, num. 5. Licet ea delectatio in cogitatione tactuum, sponis de futuro, num. 6.

Non licet vidua ea delectatio in cogitatione copulæ præteritæ, num. 7.

Soluitur argumenta. num. 8.

HAC in re constat apud omnes, licitos esse omnes actus voluntatis circa futuram tempore cõiugij, vel præteritæ eodem tempore copulam. Vt licet gaudere de habitâ, vel habendâ, illam de fiderate. Quia omnes hi actus habent obiectum licitum, nullâque delectationem veneream in presenti ponunt. Tota autem difficultas eõ pertinet, An

licita sit talis delectatio appetitus sensitui, quæ confurgit ex cogitatione copulæ habendæ tempore coniugij, vel habitæ eodem tempore, illis, qui tunc matrimonio iuncti non sunt? Et quidem circa copulam futuram, aliqui opinantur non esse mortale ei, qui sperat se aliquam daturum uxorem, delectari in appetitu sensitivo in cogitatione copulæ tempore matrimonij habendæ, dummodo absit periculum pollutionis, & consensus in aliquod peccatum mortale. Probatur, quia ea delectatio est de obiecto licito. Tais autem est delectatio, quale obiectum teste Arist. 10. Ethic. Secundò, quia idem licet coniugibus delectatio appetitus sensitui confurgens ex cogitatione copulæ præteritæ, aut futuræ: (vt diximus disput. 44. num. 3.) quod sit delectatio de copula licita. Tertio, quia licitum est mihi delectari de distributione pecuniæ alienæ, pro tempore quo mea est futura, vel sub conditione, si esset mea. Idem hanc sententiam tenent Victorius, quem refert, & sequitur Medina. 1. 2. quæst. 74. art. 3. dubio 3. & ibi Zumel disput. 4. dubio 3. Et quidem Neoterici. (vt refert Corduba in suo questionario, lib. 1. quæst. 23. dubio 13.) Et ipse clarè sentit eam esse probabilem. Nam oppositam tantum appellat tutiorem, & fortè veriorem. Dicit autem Zumel esse veniale sic delectari. Quia desideratur necessitas, vel pietas.

Rursus circa copulam habitam tempore licito, aliqui opinantur non esse mortale in viduis, delectationem appetitus sensitui captare, quæ procedit ex cogitatione copulæ tempore coniugij habitæ: dummodo absit periculum pollutionis, vel consensus in copulam præsentem. Probatur primò, quia obiectum est licitum, nempe, copula tempore coniugij habitæ. Secundò, quia plus videtur esse approbare illam copulam, quam de illa delectari. Illud autem manifestè licet. Tertio, quia differentia temporum speciem morale minimè variant. Cùm ergo liceat coniugibus delectari in copula præsentem cogitata, licebit similiter viduis in præterita. Cùm vtraque licita sit, & sola differentia temporis præsentis, vel præteriti, inter illas reperitur. Quarto, quia nemo damnaret iudicem, qui delectaretur in occisione iusta latronis à se facta, vel faciendâ. Idem hanc sententiam tuentur, Caietan. opusculis, tomo 1. tract. 14. de delectatione morosa, dubio 2. Et summa. verb. delectatio. §. secundum an delectatio. vbi

Rosella. nu. 3. Syluest. quæst. 3. Armilla. nu. 3. Angelus. verb. cogitatio. num. 3. vbi Tabiena. q. 7. num. 8. Viguerius licet subobscure lib. instit. cap. 3. §. 5. vers. 5. fin. Margarita confessorum tract. de luxuria, fol. 110. Pedraza summa, præcepto 9. §. en todos los mandamientos, in fine, Nieua sum. tir. 104. Valentia 1. 2. disputatione 6. quæst. 4. puncto 4. Medina. 1. 2. quæst. 74. art. 8. dubio 2. Et ibi Zumel disp. 4. dubio 3. Emmanuel Sa sum. verb. luxuria. §. delectatio de peccato. Temperant autem Rosella, Angel. Syluest. Tabiena, Armilla, Margarita, Medina, Zumel, Emmanuel Sa, nisi viduis coniug cogitæ alteram coniugem quasi præsentem, & in copula sic cogitata delectetur. Quia illud est delectari de copula præteriti, quæ illicita est. Insuper fatentur Caietan. Medina, Valentia, Zumel, prædictas viduorum delectationes non vacare culpa veniali. Quia non adest necessitas, vel pietas ad eas captandas inducens.

Prima conclusio sit. Peccatù lethale est, captare delectationem appetitus sensitui, nondum coniugatos, in copula futura tempore matrimonij cogitata. Quoniam ille actus appetitus sensitui semper ferat in copulam præsentem, vt præsentem, cum præsentem commotione, ad illam ordinatur, & est quædam ipsius inchoatio. At copula præsentem solis coniugatis licita est. Et confirmatur, quia sicut externa delectatio venerea, quam cõstans matrimonij minime honesta, est mortalis: ita interna, quæ eiusdem rationis est. Nec eius malitia, aut bonitas, æstimanda sunt ex copula præterita, aut futura, sed ex præsentem ad quam tendit. Et ita docent Nauarr. summa. c. 16. Latina. num. 9. Hispana. num. 10. & cap. si cui, de penitentia. d. 1. num. 1. Graffius. 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 78. num. 9. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij, cap. 75. §. sed maius dubium, & sequentibus. Manuel 1. tomo summa. 2. editione, cap. 212. num. 3. Vega 1. como summa. 2. editione, cap. 81. casu 2. vbi dicunt esse mortale delectari de copula cogitata quando erit matrimonij. Et in ipsis sponis de futuro, tenent expressè Corduba. lib. 1. questionarij, quæstio. 23. dubio 13. Vazquez 1. 2. quæst. 74. art. 8. disputatione 114. num. 3. & seqq. Et communiter Neoterici. Et à fortiori idem tenent Doctores, quos disput. 44. nu. 2. recituli, asserentes etiam in coniugatis dum copulari commode nequeunt, esse mortale delectari de copula cogitata.

Hinc

Hinc infertur, à fortiori esse mortale delectari in appetitu sensitivo, de copula cogitata sub conditione, si adesset matrimonium. Constat ex rationibus num. præcedenti allatis. Præterea, quia quauis consensus, & desiderium ferantur in actum sub conditione, & proinde licitum sit in eum actum consentire, illumque desiderare, sub conditione matrimonij: at delectatio illa præsens appetitus sensitui non potest ferri in actum sub conditione, sed in actum præsentem, & vt talem apprehensum. Ita docent Caietan. opusculis, tomo 1. tract. 14. de delectatione morosa, dubio 1. Et summa. verb. delectatio. §. secundum, an delectatio: vbi Armilla nu. 4. Nauarr. Graffius, Manuel num. præcedenti allegati. Corduba in questionario, lib. 1. quæst. 23. dubio 13. Nider summa, præcepto 9. c. 4. dubio 4. Nieua summa. tit. 105. Medina 1. 2. q. 74. art. 8. dubio 4. & ibi Zumel disput. 4. dubio 1. Valentia 1. 2. disput. 6. quæst. 4. puncto 4. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 4. c. 18. Vnde non sunt audiendi quidam Neoterici, qui teste Corduba eo. dub. 13. excusant similes actus à peccato lethali. Et ipse clarè sentit esse probabile. Nam oppositam sententiam solum vocat tutiorem, & fortè veriorem. Nec alij Neoterici, qui teste Zumel d. dubio 1. dicunt eam delectationem non esse mortalem, quando non ex libidine affectu procedit, sed ex alia iusta causa, vt amoris sobolis habendæ.

Secunda conclusio. Delectatio appetitus sensitui ex tactibus, aspectibus, & verbis cogitatis à sponis de futuro, confurgens, si sit in casu quo illa sunt eis licita, iuxta dicta disput. præcedenti. nu. 48. & seqq. non est mortalis. Quoniam est de obiecto omnino licito, & respicit illud tanquam præsens, & in præsentem est eis licitum. Et intellige, nisi sit periculum pollutionis, aut consensus in aliquod mortale. Erit tamen venialis: tanquam otiosa, & quæ necessitate, & pietate caret.

Ultima conclusio. Peccant lethaliter vidui admittentes delectationem veneream, & sensitiuam, ortam ex copulæ habitæ tempore matrimonij cogitatione. Probatur rationibus adductis num. 4. quæ pariter hanc conclusionem probant. Et illam videtur tenere, licet subobscure, nec satis mentem suam explicans, Petros de Soto de institutione Sacerdotum, tractatu de discrimine peccatorum, lectione 9. ad finem. Et tenet expressè Nauarr. cap. si cui, de penit. d. 1. num. 2. & seqq. Et summa cap. 16. num. 10. Corduba in suo questionario, lib. 1. quæst. 23. dubio 12. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij, cap. 75. §. hinc perspicuè. Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disput. 114. num. 3. & seqq. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 4. cap. 18. Graffius, Manuel, Vega num. 4. allegati. Et communiter Neoterici.

Ad argumenta num. 2. proposita respondetur. Ad primum dic, non esse de obiecto licito. Quia ea delectatio sensitiva cum præsentem commotionem non respicit copulam tanquam præteritam, sed tanquam præsentem, quæ tunc est illicita, vt nu. 4. probauimus. Ad secundum dic, coniugibus licitam esse copulam præsentem, quam delectatio illa respicit: & idem esse eis licitam. Secus contingere in sponis de futuro. Ad tertium dic, aliquas esse res habentes deformitatem secundum eam rationem quæ delectant, dum absens est cõditio. Vt sunt venereæ. Quia delectatio illa tendit ad cõcubitum præsentem. Quod in alijs rebus non contingit. Ad argumenta num. 3. proposita respondetur. Ad primum iam est responsum. Ad secundum dic, plus esse approbare, quam delectari: Si loquamur de delectatione complacentiæ, quæ est in voluntate. Et idem num. 1. dixi hanc esse licitam. Secus si loquamur de delectatione appetitus sensitui. Ad tertium fateor differentias temporum minimè variare speciem moralem. At illa delectatio non respicit copulam, vt præteritam, sed vt præsentem. Ad quartum constat ex dictis in solutione ad 3. ex argumentis num. 2. propositis. Quia ea iudicis delectatio non est per se ordinata ad occisionem præsentem illicitam: vt contingit in delectatione venereæ.

EXPLICIT LIBER NONVS
de Debito Coniugali.

LIBER